

H 1856 36

OBSERVATIONVM  
CRITICARVM  
PARTICVLA PRIMA

ORATIVNCVLIS  
IN  
GYMNASIO ILLVSTRI ELECTORALI  
ISLEBIAE

A. D. XXV IVN. MDCCLXXXIII  
MEMORIAE LANGIANAE SACRVM

INDE AB HORA VIII MATVTINA


HABENDIS

AVDIENTIAM FACTVRVS

SCRIPSIT

M. CHRISTIANVS DAVID IANI

ILL. GYMN. RECTOR



ISLEBIAE TYPIS HÜLLMANNIANIS









**D**e Alcaeo, poëta lyrico, eiusque fragmentis cur non pergeremus in prolusionibus his nostris scribere, duae causae fuerunt: una, quod religio erat, prolusionum Islebientium typis exscribendarum parvo quidem fructu atque emolumento privare diutius Hüllmannum nostrum; quod sane vix poterat aliter fieri, si vellemus illas super Alcaeo commentationes, Halae semel excudi coeptas, persequi: altera, quod iam dudum erant, qui optarent, ut uno aliquando libello, ubi spatium daretur, Alcaci fragmenta ederemus. Quare cum in interpretandis antiquitatis scriptoribus nunquam negligere artem criticam soleamus, et sint inter nostros discipulos, eam qui et ament insigniter et praeclare capiant; horum imprimis gratia observationes criticas super nonnullis auctorum veterum locis prelo tradere in animo est: atque earum hanc nunc primam vulgamus particulam.



---

---

I.

Cic. de Orat. I. 58. (246.)

In his de oratore libris Cicero suas de dicendi arte sententias explicaturus, L. Licinium Crassum et M. Antonium, summos superioris aetatis oratores, disputantes inducit: qui in primo quidem libro de universa oratoris perfecti vita differunt, ut alter omnium scientiarum artiumque cognitionem oratori vindicet, alter contra, Antonius, eloquentiam non nisi in ingenio et exercitatione ponat. Igitur cum Crassus inde a cap. 16 iuris etiam civilis scientiam oratori perdiscendam dixisset, eiusque cognitionem et facilem esse (c. 41.) et delectationis plenam (c. 43.) pronuntiasset: Antonius inde a cap. 55 his talibus illius argumentis respondet, atque nunc, in capitis 58 principio, illud, esse iuris civilis artem et scientiam et facillimam et suavissimam, tangit. Sed hoc ipsum principium: *Nam quod inertiam – leges ediscere*, si quis intento animo perlegat, facile sentiat ineptissimum, quo laborat, anantapodoton. Illa enim, *Nam quod – non ediscant*, item mox haec, *deinde, quod sit plena delectationis*, nullum consequens habent; quoniam verba, *quae quam sit – artem futuram*, et post, *in qua tibi –*



*tibi - leges edificere*, pro sententiis intermediis sunt. Ita-  
que totum locum impeditiorem esse, neque fortasse ubique  
sanum, summus Ernesti iudicat, causamque difficultatis esse  
ex eo, quod responsio ad reprehensionem non distincte  
ponatur, sed reprehensioni ipsi statim intexatur, studio bre-  
vitat. Sed hocine est nodum solve, aut expedire lo-  
cum? Quis tandem eruditus homo, recte atque ordine, ne  
elegantem dicam, scribens, reprehensioni alicui responsio-  
nem ita intexet, ita studiosus brevitat. erit, ut mancam im-  
perfectamque, sine consequente, periodum faciat? At, in-  
quis, tibi potuit Cicero, atque ita impedire se longioris  
praesertim periodi sententiis, tale ut anacoluthon ipsi facile  
excideret. Audio, neque sum equidem tam caeca captus  
veterum scriptorum admiratione, numquam ut homines illos  
fuisse, aut in vitium inductos, putem. Sed quaeso, quis  
sibi persuadeat, Ciceronem, hoc est, eloquentiae romanae  
principem, in his de oratore libris, in quibus ipsum sibi  
mirifice placuisse, quibus perpoliendis summam curam ac  
diligentiam tribuisse constat, in his igitur identidem relectis,  
ut faciunt, qui scripta sua excolere volunt, non animadver-  
tisse hoc in structura vitium, quod animadvertere ita facile  
sit. Quare, non *fortasse*, ut ait Ernesti, sed haud dubie,



locum corruptum puto: sive post verba, *leges ediscere*, ex-  
ciderint quaedam, in quibus esset consequens, sive in sin-  
gulis verbis menda lateant. Sed cur hoc potius credam,  
quam illud, apparebit, ubi, quomodo emendandum locum  
censeam, protulero. Itaque primum deleo *quae ante quam*  
*sit facilis*. Nam facile potuit librariorum vel temeritas vel  
inertia hoc vocabulum intrudere, sive necessarium putarint,  
sive incerti, legendumne esset *quae*, an *quam*, primum in  
margine alterutrum, mox in contextu utrumque posuerint:  
cuius utriusque rei plurima exempla sunt. Deinde pro,  
*quod sit plena delectationis*, lego, *quod dicis plenam de-*  
*lectationis*. Cum enim facile ex *dicis* prior syllaba periit,  
et nunc ex altera *eis* factum est *sit*; tam *plenam* vel ob  
ipsum hoc *sit*, vel neglecta lineola, quae ultimae litterae pro  
*m* superadposita esset in codicibus, in *plena* abiit. Deni-  
que pro *in qua*, quod vel per se durius esse iam Ernesti  
fensit, legendum puto, *in eo quidem*, ut verbum *eo* exci-  
disse, et *quidem* in *qua* abiisse videatur; quod saepius a li-  
brariis ea particula in pronomem *qui* mutata est. Ita si lo-  
cus emendetur: neque magna vis infertur lectionibus vulga-  
tis, et plane tollitur molestum istud anantapodoton, et,  
quod sane non negligendum, exit periodorum structura  
cum



---

cum per se elegans, tum vero eadem, quae est in sequentibus: *Tum autem — metu tradi*: ut in singularum periodorum consequente sit responsio ad ea, quae Crassus dixisset, et sic Cicerone digna exoriatur concinnitas. Denique meliora si quis dederit, ego primus omnium plaudam.

## I I.

Virgil. Aen. II. 471.

Qualis ubi in lucem coluber mala gramina pascus,  
Frigida sub terra tumidum quem bruma tegebat,  
Nunc positus novus exuviis, nitidusque iuventa,  
Lubrica convolvit sublato pectore terga,  
Arduus ad solem, et linguis micat ore trifulcis.

In hac praeclara ac vere divina similitudine solum illud *in lucem* valde offendit criticos, primum, quod in superiore modo versu praecessisset *luce*, tamque ingrata, ut illis quidem videretur, eiusdem verbi statim in sequenti versu repetitio vix a Virgilio profecta credi posset: deinde, quod otiosum omnino esset hoc *in lucem*, neque, quo referri posset, verbum sequeretur. Quare duo summi nostrae aetatis



aetatis critici emendatricem manum ei versui adhibuerunt. Burmannus quidem legendum coniicit *e lustrō*, ut referatur ad *arduus micat*. Comparat enim Homer. II. x. 93 - 95 (unde sane Virgilius hanc comparisonem sumsit): Ὠς δὲ δρόκων ἐπὶ χειρῶν cet. et ex hoc ipso ἐπὶ χειρῶν ductum censet *e lustrō*. Sed cum ex hac emendatione durior haud dubie verborum structura exoritur, et profecto, si quidem *lustrum* sit inferendum, melius sit, ut iam praeclare monuit Heynius, legere *in lustrō coluber mala gramina pastus*: tum, quod ipsi Burmanno occurrebat, vix *lustrum* de latebra serpentis dicitur. Igitur longe anteferenda est, quam summus Heynius proponit, emendatio: *ingluviem mala gramina pastus*; qua vix quidquam vel sagacius vel ingeniosius esse possit. Structura quidem verborum, *pastus ingluviem mala gramina*, paullo durior est, sed eo exquisitior, et propter hoc ipsum a librariis corrupta videri queat. Tum *pastere ingluviem*, i. ventrem, dicitur, ut *explere ingluviem*, Georg. III. 431. de serpente chersydro; item apud Silium Italicum, VI. 155. *Ingluviem immensi ventris gravidamque venenis Album deprensi satiabant fonte leones*: quem locum ex nostro imitatione expressum censet Vir Doctissimus; quod tamen vix vel certum sit, vel, si sit, hanc emen-



emendationem indubiam facere possit. Omnino liceat mihi de huius loci emendatione ab Heynio meo discedere, qui, ut est antiquae litteraturae antistes et in arte critica nostra aetate princeps, ita patienter fert minorum ipso tanto viro hominum modestas dubitationes. Mihi quidem lectio *in lucem* non solum sana, sed etiam omni emendatione melior ac praestantior esse videtur. Numquam mutandam censeo ex coniectura lectionem vulgatam, in primis in summa librorum constantia, nisi illa quacumque de causa plane intolerabilis atque inepta videri possit. Quid igitur, si etiam bene et praeclare habet? Nam primum vix potest lectio *in lucem* ideo damnari, quod proxime antecedit *luce*. Etenim plura sunt verbi eiusdem in duobus continuis versibus a Virgilio repetiti exempla, veluti Aen. II. 632 sq. item 647 sq. cet. Deinde non modo non otiosum est hoc *in lucem*, sed prorsus egregium, et vel necessarium, eum ob manifestum antitheton, *quem bruma tegebat*, tum ob eos, qui sequuntur, *colores, sublato pectore*, et, *arduis ad solem*. Denique non est, quod in structura haec reamus: iungendum enim est, *ubi in lucem convolvit sublato pectore terga*, quae est forma exquisita et βραχυλόγος, pro vulgari, *in lucem procedit*, vel exit, *convolvens sublato pectore*

B

pectore





---

*pectore terga: plane ut supra v. 347. audere in proelia vi-  
di, pro, audentes, vel cum audacia, procedere in proelia  
vidi: ut ipse summus Heynius explicat.*

---

Diem crastinum, immortalis b. IOANNIS GOTTFRI-  
FRIDI LANGII memoriae consecratum, ita celebrabit  
grata Gymnasii nostri pietas, ut inde ab hora VIII matuti-  
na, in primae classis auditorio, quindecim illius ornatissimi  
cives ad habendas, quas omnes suo ipsi Marte conscripse-  
runt, oratiunculas, ex quibus duae ad Langianam liberali-  
tatem pertinebunt, item quinquaginta duo alii bonae spei  
adolescentes ad recitandos dialogos surgant. Quare, illis  
ut audiendis frequentes adsint et benevoli, civitatis nostrae  
PROCERES, omnesque bonarum litterarum amicos hu-  
manissime rogamus. D. Islebiae, ipso Ioannis Baptistae die,  
MDCCLXXXIII.





Redübung  
im Kurfürstlichen Gymnasium Illustre  
zu Eisleben

den 25 Jun 1784.

---

Johann Gottfried Abel, aus Eisleben, ahmt den 104 Psalm nach, in freier Poesie.  
Christian Benjamin Friedrich Sander, aus dem Stolbergischen, redet vom Leben  
und Charakter des Sallustius, lateinisch.

Johann Friedrich Bernhard Schiefer, aus Eisleben,

Johann Christian Becker, aus Wimmelburg,

Johann Gottfried Gröbel, aus Eisleben,

Joachim Friedrich Schierholz, aus Eisleben,

Johann Wilhelm Kuckenburg, aus Eisleben,

Christoph August Gottbils Korch, aus Annerode, und

Johann Friedrich Zeitschel, aus Eisleben, unterreden sich von der  
Kunst zu schlafen.

Johann Samuel Steger, aus Donndorf, liefert Empfindungen bey einem Ge-  
witter, deutsch.

Karl Traugott Siegmund Schmid, aus Eisleben, schildert eine romantische Ge-  
gend, in freier Poesie.

Wolfrath Ludwig Gebhardi, aus Mansfeld, deklamirt einen Hymnus an den  
Mond, deutsch.



Johann Friedrich Scharren, aus Eisleben,  
Johann Christian Friedrich Lippe, aus Biesfenrode,  
Konrad Fischer, aus dem Halberstädtischen,  
Karl Christian Tobias Starke, aus Polleben,  
Johann Karl August Herrmann, aus dem Weimarschen,  
Johann Leberecht Zesler, aus Eisleben,  
Johann Friedrich Karl Reineke, aus Eisleben,  
Johann Ernst Christian Ortilia, aus Eisleben, und  
Johann Friedrich Steinkopf, aus Esperstädt, geben sich Rechenschaft,  
was sie heute Gutes gethan haben.

Friedrich August Ferdinand Dammann, aus Baiernaumburg, beurtheilt die Lektüre der alten erotischen Dichter, lateinisch.

Wilhelm Siegmund Schmid, aus Eisleben, bewundert die Allmacht Gottes in den Naturbegebenheiten, in ungebundener Poesie.

Anton Friedrich Reinhardt, aus Oberwiedersädt, preiset die Freuden des Frühlings, deutsch.

Johann Friedrich Poltermann, aus Eisleben,

Johann Gottfried Zeitheim, aus Eisleben,

Johann Leberecht Sachs, aus Eisleben,

Johann Friedrich Bindseil, aus Eisleben,

Johann Friedrich Bahleis, aus Eisleben,

Johann Friedrich Heber, von der Kupferhammerhütte,

Johann Gottlieb Leberecht Heber, aus Eisleben,

Heinrich Samuel Zeinecke, aus Magdeburg, und

Heinrich Gottfried Schnee, aus Eiersleben, unterreden sich über ihre liebste Lektion in der Schule.



Johann Christian Gottlob Vogel, aus Eisleben, schildert den Jüngling von der  
guten und schlechten Seite, deutsch.

Georg Christian Karl Peuckert, aus Eisleben, hält eine lateinische Lobrede auf  
den Cicero.

Johann Andreas Mohr, aus Eisleben,

Johann Samuel Cario, aus Duerfurt,

Johann Erasmus Vogel, aus Eisleben,

Johann Christian Karl Voigt, aus Eisleben,

Johann Christian Voigt, aus Eisleben,

Johann Friedrich Kramer, aus Eisleben,

Johann Erdmann Leberecht Ludwig, aus Eisleben,

Johann Heinrich Gustav Kayser, aus Eisleben, und

Johann Gottlieb Christoph Dietmar, aus Eisleben, unterhalten sich  
von Virginien.

Johann Philipp Märker, aus Reinsdorf, handelt von der Ruhe, deutsch.

Karl Traugott Gottlob Schönemann, aus Eisleben, erhebt den Kaiser Joseph,  
in einer deutschen Ode.

Friedrich Wilhelm Börner, aus Dederstädt,

Erdmann Karl Gotthilf Dienemann, aus Eisleben,

David Friedrich August Jami, aus Halle,

Karl Ferdinand Trautwein, aus Gros-Osternhausen,

Johann Anton Bernhard Trinius, aus Eisleben,

Johann Christoph Joseph Krause, aus dem Schwarzburgischen,

Gottlieb Christoph Ziegenhorn, aus Eisleben,

Ernst Gottlieb Borgee, aus Eisleben, und

Johann Arctin August Eggert, aus Eisleben, unterreden sich vom  
englischen Parlamente.



Karl Wilhelm Friedrich Sander, aus dem Stolbergischen, bestimmt den wahren  
Ruhm, deutsch.

Friedrich Ernst Züllmann, aus Erdeborn, drückt Empfindungen auf einem  
Kirchhofe aus, in freier Poesie.

Johann Karl Wilhelm von Besser, aus der Niederlausitz,

Johann August Heinrich Salsfeld, aus Seeburg,

Johann Kaspar Meier, aus Eisleben,

Maximilian Friedrich Kreeschmar, aus Dothan,

Karl Jakob Christian Reimann, aus Mansfeld,

Friedrich August Bege, aus Eisleben,

Gustav Friedrich Gebser, aus Sittichenbach,

Johann Christian Hoffmann, aus Riesstädt, und

Wilhelm Gustav Gottlob Rüdiger, aus Eisleben, unterhalten sich  
vom Tiger, Panther und Leopard.

Georg August Ludwig Zeimbach, aus Hettstädt, feiert die Genesung unsers  
Theuersten Kurfürsten, in einer deutschen Ode, und stattet  
der Versammlung schuldigen Dank ab.

---

### Chor

nach der letzten Rede.


Er ist genesen, unser Vater!

Ihr wonnestrunknen lauten Jubel,

Wälzt brausend euch empor!

Friedrich August, unser Vater,

Er ist genesen!



W 7 P



H 1856 30

OBSERVATIONVM  
CRITICARVM  
PARTICVLA PRIMA

ORATIVNCVLIS  
IN  
GYMNASIO ILLVSTRI ELECTORALI  
ISLEBIAE

ANNO MDCCLXXXIII

INGIANAE SACRVM

RA VIII MATVTINA

ABENDIS

AM FACTVRVS

RIPSIT

NVS DAVID FANI

YMN. RECTOR

IS HULLMANNIANIS

